
DE NATVRALI
SANGVINIS
STAV
CAPVT PRIMVM.

*De partibus continen-
tibus.*

CVM fuisset mos liberatos
morbis in templo Deorum scri-
bere quæ auxiliata essent, ut post-
ea similitudo proficeret, exscri-
psisse ea traditur Hippocrates, atque jam
templo cremato instituisse Medicinam, quæ
Clinica vocatur. Templorumque foribus
apponendum erat illud Chylonis Lacedæ-
monij *Nosce temet*, quoniam se ipsum tan-
tum cognoscendi inscriptio[n]es, læsionum
cognitiones, & præsidiorum genera assequi
concedebatur. Hac dissertatione istud insi-
gne lumen antè vestros oculos præferendi
totis viribus animus est, quod si obtineri non
poterit, idolum saltem hominis partium, &
functionum exemplar componere, & vestra
menti subiçere satagemus. Dum vero sum-
mum rei præstantissimæ exprimitus conce-

A

ptum,